An. et vol. XXXXVI 16 Februarii 1954 (Ser. II, v. XXI) - N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Spedizione in abbonamento postale - Gruppo III

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 33 - Litterae Apostolicae, p. 43 - Allocutiones, p. 44 - Nuntii radiophonici, p. 56.

Acta SS. Congregationum: *S. S. C. S. Officii*: I, II Decreta, p. 63. III Monitum, p. 64. IV Notificatio, p. 64 - *S. C. Consistorialis*: I, II Decreta, p. 65 - *S. C. de Propaganda Fide*: I Provisio Ecclesiarum, p. 67. II Nominatio, p. 68 - *S. C. Rituum*: I Decretum de variationibus in rubricis Missalis et Ritualis Romani, p. 68. II Decretum. Addenda lectionibus Sanctorum, p. 71.

Acta Tribunalium: *S. Paenitentiaria Apostolica*: Decretum de Indulgentiis, p. 73 - *S. R. Rota*: Citationes edictales, p. 74.

Acta Officiorum: *Segreteria di Stato*: Statuto della Scuola Vaticana di Paleografia e Diplomatica, p. 78.

Diarium Romanae Curiae: Udienza solenne - S. C. Concilio: Avviso di concorso - Segreteria di Stato: Nomine, p. 80.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DCCCC • LIV

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano

Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 1300 — extra Italiam, Lib. 2000 vel $ 5

Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 100 — extra Italiam, Lib. 190 vel $ 0,30

Libraria Vaticana subnotatoribus fasciculos Commentarii mittere potest etiam via aërea, charta indica impressos.

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXXVI, n. 2 – 16 Februarii 1954)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. DE MERU (Meruensis). *Progreditur continenter.* – Apostolica Praefectura de Meru, in Africa Orientali Britannica, ad dignitatem provehitur dioecesis, « Meruensis » appellandae. – 7 Maii 1953. 33

II. ALEPPENSIS (Berytensis). *Solent caeli.* – Ex territorio Apostolici Vicariatus Aleppensis certa pars detrahitur quae in Vicariatum Apostolicum redigitur, « Berytensis » nomine appellandum. – 4 Iunii 1953. 36

III. JOSENSIS. *Praeclara Christi.* – Apostolica Praefectura de Jos ad dignitatem dioecesis evehitur mutatis finibus et nomine. – 29 Iunii 1953. . . 38

IV. SUECIAE (Holmiae). *Profecit valde.* – Apostolicus Vicariatus Sueciae ad dignitatem provehitur dioecesis, cui nomen inditum « Holmia ». – 29 Iunii 1953. 40

LITTERAE APOSTOLICAE

Ad Romanam viam Aemiliam. – Basilicae Minoris honoribus ac privilegiis cumulatur Bronensis ecclesia paroecialis et collegialis, intra Derthonensis dioecesis fines posita. – 1 Iulii 1953. 43

ALLOCUTIONES

I. Iis quae interfuerunt Conventui Delegatarum ex Italia pro puellis ab Actione Catholica, Romae habito. – 30 Decembris 1953. 44

II. Iis qui interfuerunt Conventui nationali e Dirigentibus Unionis Catholicae Italicae Docentium scholarum secundi gradus, Romae habito. – 5 Ianuarii 1954. 50

III. Ad Legatum Magnae Britanniae. – 18 Ianuarii 1954. 55

NUNTII RADIOPHONICI

I. Christifidelibus Chilenae Reipublicae datus ob stationem radiophonicam a catholicis institutam. – 11 Ianuarii 1954. 56

II. Iis qui interfuerunt Conventui quinto a Confoederatione ex Americae Civitatibus in urbe Habana habito, de catholica educatione provehenda. – 12 Ianuarii 1954. 59

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

I. Decretum. Proscriptio libri. – 23 Decembris 1953. 63

II. Decretum. Proscriptio libri. – 16 Ianuarii 1954. 63

PAG.

III. Monitum. – 28 Ianuarii 1954. . . . 64

IV. Submissionis notificatio. – 4 Februarii 1954. 64

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. *Beneventanae et Arianensis.* – Decretum de mutatione finium dioecesium. – 2 Iulii 1953. 65

II. *Cotabatensis et Suluensis.* – Decretum disbembrationis et erectionis Praefecturae Apostolicae Suluensis. – 28 Octobris 1953. 66

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. Provisio Ecclesiarum. 67

II. Nominatio. 68

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Romana.* – Variationes in rubricis Missalis et Ritualis Romani – 3 Iunii 1953. 68

II. *Urbis et Orbis.* Addenda lectionibus Sanctorum 71

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Decretum. Coronae Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis recitatio indulgentia plenaria ditatur. – 11 Ianuarii 1954. 73

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales:

I. *Tolosana.* – Nullitatis matrimonii (Rivière-Laylies). – 19 Decembris 1953. 74

II. *Abercornen.* – Nullitatis matrimonii (Sinta-Nijmu). – 21 Decembris 1953. 75

III. *Aquisgranen.* – Nullitatis matrimonii (Kropp-Pulst). – 13 Ianuarii 1954. . 76

IV. *Wayne Castren.* – Nullitatis matrimonii (Anthrop-Amber). – 26 Ianuarii 1954. 77

ACTA OFFICIORUM

Segreteria di Stato: Statuto della Scuola Vaticana di Paleografia e Diplomatica eretta presso l'Archivio Segreto Vaticano. 78

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza solenne 80

II. S. C. Concilio: Avviso di concorso. . 80

III. Segreteria di Stato: Nomine. . . . 80

An. et vol. XXXXVI 16 Februarii 1954 (Ser. II, v. XXI) - N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE MERU
(MERUENSIS)

APOSTOLICA PRAEFECTURA DE MERU, IN AFRICA ORIENTALI BRITANNICA, AD DIGNITATEM PROVEHITUR DIOECESIS, « MERUENSIS » APPELLANDAE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Progreditur continenter Ecclesia, a divino suo Conditore illi grano sinapis assimulata « quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creverit maius est omnibus holeribus » (Matth. 13, 32); ea enim velut arbor procera emittit ad sidera ramos, quam nulla tempestas nullusque adversus turbo quassantibus ventis evertunt. In quo igitur Nos, ad Christi regnum regendum divina voluntate, magnopere laetamur, cum praesertim catholicum nomen in amplissimas terras ethnica superstitione infectas optimo auspicio diffunditur. Quod quidem recentiore tempore factum esse videmus in Apostolica Praefectura de Meru, quae in Africae Orientalis Britannicae territorio exstat quaeque sollertes navasque ob industrias sacerdotum ex Instituto Missionum a Consolata in religione, virtutum cultu operumque fervore magis magisque profecit. Cuius rei gratia, venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales S. Coetui Christiano Nomini Propagando praepositi id tempus esse censuerunt ut eadem Apostolica Praefectura ad cathedralis

Sedis gradum et dignitatem perduceretur sive ad coepta validius firmanda sive ad eosdem Sodales, inibi tam felici successu laborantes, merito praemio laudeque donandos. Comperto igitur quid venerabilis Frater David Mathew, Archiepiscopus titulo Apamenus in Bithynia et in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolicus Delegatus, de hoc senserit negotio; consilium item secuti eorundem venerabilium Fratrum Nostrorum quos supra diximus; eorum praeterea consensum supplentes qui in hac re quavis ratione aliquid iuris sese habere opinentur, post rem attentissime cogitatam ac certa ideo scientia eorum quae decreturi sumus, de Nostra apostolica potestate haec quae sequuntur statuimus. Apostolicam de Meru Praefecturam ad dioecesis dignitatem provehimus, *Meruensis* posthac appellandae, quam curis committimus sacerdotum ex Instituto Missionum a Consolata, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Cuius dioecesis territorium his terminis circumscribetur: a septemtrione, regionis Aethiopiae finibus; sub oriente, finibus regionis Italicae Somaliae; a meridianis oris, archidioecesis Nairobensis terminis; sub occidente denique, finibus dioecesis Nyerensis et civilis districtus quem vulgato nomine *Marsabit* appellant. Meruensis praeterea Ecclesia Metropolitanae Nairobensi Sedi suffraganea erit, cuius Metropolitis Meruenses pro tempore Episcopi recto iure subicientur. Qui Episcopi sedem ac domicilium in principe urbe Meru, a qua nova dioecesis suum mutuatur nomen, habebunt pontificalemque cathedram in eiusdem urbis templo collocabunt. Huic modo erectae Ecclesiae, ob suam adeptam dignitatem, eiusque pro tempore Antistitibus ea omnia iura ac privilegia, onera et officia tribuimus, quibus ceterae cathedrales Sedes ceterique per orbem eiusdem gradus Praesules decorari atque onerari solent. Quod autem attinet ad Canonicorum Collegium, Meruensis Episcopus onus habebit istiusmodi coetus constituendi; usque dum vero rerum locorumve difficultates id impediant, concedimus ut eorum loco dioecesani Consultores eligantur, qui Episcopo et prudentia et opera fideliter assint. Cum praeterea omnium stabilitati dioecesium procurandae quam optime consulatur eorum educatione puerorum, qui divino quodam instinctu ad sacerdotalia officia contendant, volumus ut seminarium quam primum condatur. Episcopalem autem mensam, quae dicitur, ea constituent bona, si qua sint, quae Praefecturae de Meru accedebant; vel emolumenta quae constitutae Curiae pervenient, vel denique pecuniae a S. Consilio Fidei Propagandae et a christifidelibus offerendae. Ut autem ea quae Nostris his Litteris praecipimus efficiantur venerabilem Fratrem Davidem Mathew, quem supra diximus, deligimus, vel eum qui eo tempore

quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Africa Orientali et Occidentali Britannica praeerit Delegationi; cui vero contigerit hoc exsequendum negotium, illi necessarias ad id potestates facimus, cuilibet subdelegandas, si opus fuerit, viro, qui ecclesiastica dignitate polleat. Iubemus pariter ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas referat, quarum fide digna exempla ad S. Consilium de Propaganda Fide quam primum transmittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
✠ CLEMENS Card. MICARA
Sacri Collegii Subdecanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXVII, n. 44.

II

ALEPPENSIS
(BERYTENSIS)

EX TERRITORIO APOSTOLICI VICARIATUS ALEPPENSIS CERTA PARS DETRAHITUR QUAE IN VICARIATUM APOSTOLICUM REDIGITUR, « BERYTENSIS » NOMINE APPELLANDUM.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Solent caeli siderumque spectatores aethereas plagas in partes regionesque terminare eo ferme consilio ut, imminuto spectandorum astrorum numero et superficie, rerum caelestium contemplatio et investigatio intentior ac facilior evadat. Idem sane Ecclesia quoque peragere solet: cum enim haud inani spe censet latissimum christianae familiae agrum posse uberiores fructus efferre, si dividatur pluribusque operariis concedatur excolendus, id facere non haesitat. Quandoquidem igitur S. Congregatio pro Ecclesia Orientali, auditis venerabilibus Fratribus Iosepho Beltrami, Archiepiscopo titulo Damasceno eodemque in Libanensi Republica Apostolico Nuntio, ac Paulo Pappalardo, Archiepiscopo titulo Apameno in Syria et in Syriana Republica Apostolico Internuntio, censuit Apostolicum Vicariatum Aleppensem esse partiendum ac novum Vicariatum esse constituendum, Nos, id unice spectantes ut Christus clarificetur, re bene considerata eorumque suppleto consensu, si opus fuerit, qui aliquid iuris in hoc negotio habere putent, haec quae sequuntur statuimus. Ratam S. Congregationis pro Ecclesia Orientali sententiam habentes, ab Apostolico Vicariatu Aleppensi eam regionem separamus, quae in Rempublicam Libanensem protenditur, eamque in novi Vicariatus formam redigimus, qui Berytensis cognomine appellabitur, quique iisdem finibus saepietur ac Respublica Libanensis circumscribitur. Novus Vicariatus Apostolicus, cuius Sedes Beryti collocabitur, ea privilegia et iura habebit quae solent ceteras ornare Sedes eiusdem dignitatis: item iisdem oneribus et obligationibus tenebitur, quae sunt omnium Vicariatuum Apostolicorum propria. Eadem vero iura et onera ad eius quoque Praesules spectabunt. Quae autem his Litteris Nostris mandavimus facienda curabit venerabilis Frater Iosephus Beltrami, in Republica Libanensi Apostolicus Nuntius, vel ille qui eo tempore quo decreta exsequenda

erunt eidem Nuntiaturae praeerit. Cui vero contigerit negotium conficiendum, ei omnes potestates concedimus agendae rei, quae poterunt cuivis subdelegari sacerdoti, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Cum autem res ad exitum deducta fuerit, ille qui perfecerit documenta exarabit eorumque fide digna exempla ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali quam primum trasmittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iis derogemus omnibus. Quapropter siquis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo, harum Litterarum exemplis vel locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum praeferant viri in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum siquis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario ✠ CLEMENS Card. MICARA
Sacri Collegii Subdecanus

Pro S. R. E. Card. S. C. pro Eccl. Orientali, a Secretis ✠ BENEDICTUS Card. ALOISI MASELLA

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Silvius Sericano, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXVII, n. 66.

III

JOSENSIS

APOSTOLICA PRAEFECTURA DE JOS AD DIGNITATEM DIOECESIS EVEHITUR MUTATIS FINIBUS ET NOMINE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praeclara Christi verba quibus crescens Regnum Dei assimilatur grano sinapis, minimo quidem cum terrae mandatur, mox autem emittenti ad sidera ramos; itemque fermento cuius magna vis et mirabilis virtus candidam farinae massam fecundat, veracia produnt sive Ecclesiae sanctae progressus per omnes terrae oras sive instaurata hominum societas per eiusdem Ecclesiae insignem doctrinam caelestemque veritatem. Cuiusmodi rem felici exitu evenisse comperimus in Apostolica Praefectura de Jos, in Nigeria regione, fidem scilicet catholicam tot tantaque incrementa suscepisse ut eadem Praefectura videatur ad dioecesium dignitatem extollenda. Quae cum ita sint, Nos, quorum officium in aeterna hominum salute curanda sedet, rogata venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archiepiscopi titulo Apameni, in Bithynia, eiusdemque in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolici Delegati sententia, libenterque consilio probato venerabilium Fratrum Nostrorum Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositorum; eorumque consensu suppleto qui aliquid sibi inesse iuris hac de re arbitrentur; ac probe scientes quae sumus acturi, sequentia statuimus et decernimus. Apostolicam Praefecturam de Jos, quam memoravimus, ad gradum et dignitatem dioecesium extollimus, novis hisce finibus terminatam: ad septemtrionem territorium Apostolicae Praefecturae de Maiduguri, nuperrime erectae, ea continget; ad orientem autem solem Praefecturis Apostolicis adiacebit Yolaënsi et Oturkoënsi; ad meridiem denique et occidentem finitima erit regionibus de Niger, Zaria et Kano, quas nova dioecesis Kadunaënsis complectetur. Quam novam dioecesim *Josensem* appellandam volumus eamque sub metropolitanae Sedis Onitshaënsis dicione contineri. Similiter erunt huius novae dioecesis Antistites iuri obnoxii eiusdem Onitshaënsis Ecclesiae Praesulum. Sedem suam habebit Episcopus in urbe Jos, quae est in regione princeps, quaeque

nomen dat dioecesi; cathedram vero constituet in eo civitatis templo, quod ibi dignius exsistit, quodque ad cathedralis templi gradum extollimus. Huius novae Ecclesiae eiusque Episcoporum honores, iura, potestates, onera et obligationes eaedem erunt ac ceterorum per orbem terrarum dioecesium et Praesulum. Iubemus praeterea ut in Josensi Sede Canonicorum Collegium condatur, qui Episcopo sincero consilio et assidua cura in maioribus negotiis expediendis assint. Quod dum condi non poterit, indulgemus ut Canonicorum loco Consultores dioecesani deligantur, qui tamen a suo munere cessabunt cum idem Collegium, ad sacrorum canonum normas, institutum fuerit. Cum autem Episcopo, cui nova dioecesis Josensis contigerit administranda, maximi sit facienda eorum puerorum institutio, quos gratia caelestis ad munera sacerdotalia vocaverit, his educendis ille curabit saltem elementarium seminarium exstrui et aedificari. Cum autem hoc ipso die, per apostolicas sub plumbo Litteras, ex Apostolica Praefectura Josensi Maidugurensis Praefectura et Josensis dioecesis constiterint, mensam episcopalem, quam dicunt, huius Sedis ea bona constituent quae post divisum territorium ad hanc pro rata parte spectabunt; vel ea bona quae Curiae obvenient; vel quae a christianis dabuntur; vel postremo quae a Sacra Congregatione Fidei Propagandae mitti solent. Quod autem vel ad electionem Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici attinet, quo tempore Sedes vacaverit, vel ad cleri et populi iura et onera et alia huiusmodi, in his omnibus praescripta Codicis omnino serventur. Quae vero his Litteris mandavimus venerabilis Frater David Mathew, quem supra memoravimus, curabit ut exsecutioni mandentur, vel ille qui eo tempore quo res ad exitum adducetur Delegationi Apostolicae in Africa Orientali et Occidentali Britannica praeerit. Cui autem negotium contigerit perficiendum omnes potestates agendae rei concedimus, quas poterit alii quoque viro subdelegare, in ecclesiastica dignitate constituto. Iubemus vero ut, re peracta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae quam citius mittantur. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla cuiusvis generis contraria praescripta officere poterunt, cum par has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter, si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel infringere liceat; immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae

sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

✠ CLEMENS Card. MICARA
Sacri Collegii Subdecanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

† Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Dec. Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXVII, n. 59.

IV

SUECIAE
(HOLMIAE)

APOSTOLICUS VICARIATUS SUECIAE AD DIGNITATEM PROVEHITUR DIOECESIS, CUI NOMEN INDITUM « HOLMIA ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Profecit valde in religione et in operum fervore Apostolicus Vicariatus, qui in Sueciae regione et rebus gestis et humanitatis bonarumque artium cultu perillustri exstat, ita ut suavis affulgeat spes inibi catholicam Ecclesiam suum pristinum esse splendorem consecuturam. In quo Nos, quibus aeternus hominum Pater sui Regni curam hisce in terris concredidit, laetamur vehementer, quoniam id esse temporis censemus ut in eadem terra rei christianae administratio ita disponatur ut eius forma ac ratio aptius cum rerum statu, qui nunc est, conveniat

atque consentiat. Quam ob rem in animo est eundem Sueciae Vicariatum ad dioecesis provehere dignitatem; quae enim pietatis, studii ac sollertiae documenta hic data sunt, a saecularibus sacerdotibus maxime, quibus Vicariatus cura commendata est, digna plane sunt quae merito donentur munere, ut eidem clero animus ad abundantiores consequendos fructus addatur fideliumque constantia firmetur. Omnia igitur rata habentes quae hac de re Sacrum Consilium Christianae Fidei Propagandae esse facienda existimaverit; eorumque praeterea consensum supplentes qui in eodem negotio sua interesse quavis arbitrentur ratione, atque re intentissime cogitata ac certa ideo scientia eorum quae acturi sumus, de Nostra apostolica potestate haec quae sequuntur decernimus. Apostolicum Sueciae Vicariatum ad dioecesis gradum et dignitatem perducimus, quae *Holmia* posthac appellabitur quaeque Nobis et Apostolicae Sedi directo subicietur. Cuius Ecclesiae Episcopus sedem ac domicilium in principe urbe Holmia, a qua nova dioecesis suum mutuatur nomen, habebit pontificalemque praeterea cathedram in praeclara Sancti Erici aede, in eadem urbe exstante, collocabit, quae ad hodiernum diem pro cathedrali templo fungebatur. Huic modo erectae Ecclesiae, ob adeptam dignitatem, eiusque pro tempore Praesulibus ea omnia iura ac privilegia, onera atque officia tribuimus, quibus ceterae episcopales Sedes ceterique per orbem paris honoris Antistites decorari atque teneri solent. Quod vero attinet ad Canonicorum Collegium, Holmiae Episcopus probe curabit ut istiusmodi coetus constituatur; usque dum autem sive rerum sive locorum difficultates id impediant, concedimus ut eorum loco dioecesani Consultores renuntientur, qui Episcopo et prudentia et navitate fideliter assint. Cum praeterea omnium firmitati dioecesium procurandae quam tutissime prospiciatur eorum institutione puerorum, quos divinus animorum Pastor ad sacerdotalia vocaverit officia, volumus ut seminarium quam primum condatur. Episcopalem vero mensam, quam appellant, ea constituent bona, si qua sint, quae Vicariatui Sueciae accedebant, vel emolumenta quae novae dioecesis Curiae pervenient vel denique pecuniae a Sacro Consilio Fidei Propagandae et a christifidelibus offerendae. Ut autem ea quae Nostris his Litteris praecipimus efficiantur venerabilem Fratrem Ioannem Evangelistam Ericum Müller, Episcopum titulo Loriensem, deligimus, qui hucusque Apostolico Sueciae Vicariatui praefuit quique hoc ipso die primus Holmiae Episcopus creatus est. Huic ergo omnes necessarias ad id potestates tribuimus, cuilibet viro, si opus fuerit, subdelegandas, dummodo tamen aliquam in sacro sacerdotio obtinuerit dignitatem. Iubemus praeterea ut idem venerabilis Frater hoc confectum negotium in tabulas

referat, quarum fide digna exempla ad Sacrum Consilium de Propaganda Fide quam primum transmittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est sedulo serventur atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens, contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini propterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, aut typis impressis aut manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

✠ CLEMENS Card. MICARA
Sacri Collegii Subdecanus

PETRUS Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Propaganda Fide Praefectus

Hamletus Tondini
Apostolicam Cancellariam Regens

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap.. vol. LXXXVII, n. 51.

LITTERAE APOSTOLICAE

BASILICAE MINORIS HONORIBUS AC PRIVILEGIIS CUMULATUR BRONENSIS ECCLESIA PAROECIALIS ET COLLEGIALIS, INTRA DERTHONENSIS DIOECESIS FINES POSITA.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad Romanam viam Aemiliam, in regione prope Apenninos montes nitore caeli locique amoenitate spectata, pervetustum exstat oppidum, « Broni » italico sermone nuncupatum, quod e Catholica Fide pretiosoque Sancti cuiusdam peregrini transitu laudem per saecula duxit atque famam. Inde enim a saeculo VI Ecclesiae Sancti Petri Bronarum origo, praeconii evangelici antiquitatis in illis regionibus testimonium nec non erga Apostolicam Sedem observantiae, repetenda videtur. Ipsa insuper Bronensis paroecia a Sancto Contardo, « qui uti fertur (prout de eo Nosmet Ipsi iam scripsimus), ex antiqua atque illustri Atestina familia Ferrariensium prius Marchionum ac deinde Mutinensium Ducum, in paupertate vixit atque, ad celeberrimum Sancti Iacobi Apostoli Campostellanum Sanctuarium peregrinorum more iter ingressus, Bronis, anno 1249, in morbum incidit, spiritum Deo sancte reddidit miraculisque claruit », valde illustratur. Eorundem Ducum munificentia atque cura, Corpus Sancti Contardi pie conditum fuit in Ecclesia paroeciali, quae Canonicorum Collegio aucta est atque decorata. Ad quam invisendam et locupletandam multi illustres Viri pietatis causa adiverunt, quos inter Romani Pontifices, ac praesertim Decessor Noster Pius PP. VII, fel. rec., qui a Placentina dioecesi ad Derthonensem Bronas et continentem regionem transtulit. Hodiernum Bronense paroeciale et collegiale Templum loco vetustae Ecclesiae « gothico » genere confectae conditum fuit anno MDXLVII paulatimque auctum et ornatum. Renident potissimum artificiosis operibus affabre confectae duae cellae, altera B. Mariae Virgini a Rosario, Sancto Contardo altera, dicatae. Imminet tholus, quem Petrus Berutti, tunc Archipresbyter, ad Viglevanensem Episcopalem Cathedram postea evectus, erigendum curavit. Tanta est pietas et civium et finitimorum fidelium, qui e tota fere dioecesi peregrinantium more ad sepulcrum Sancti Contardi accurrunt, ut ob nova artis opera, ac praesertim ob novum salutaris lavacri fontem fideles haud parvos sumptus mira liberalitate sustineant. Neque silentio praetereunda inclyta Bibliotheca, Templo adnexa atque multis raris et pretiosis incunabulis, manuscriptis, operibus

typis impressis valde referta atque ornata. Quae omnia prae oculis habens, dilectus filius hodiernus Bronarum Archipresbyter enixis humilibusque Nos adiit precibus, ut laudatam Ecclesiam titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestare benigne dignaremur. Quas preces, amplissima Venerabilis Fratris Nostri Friderici S. R. E. Cardinalis Tedeschini, Episcopi Tusculani ac Nostri Datarii, commendatione suffultas, cui accessit commendatio Venerabilis Fratris Aegisti Dominici Melchiori, Archiepiscopi-Episcopi Derthonensis, excipere perlibenter volentes, ex consulto Sacrae Rituum Congregationis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Bronensem Ecclesiam paroecialem et Collegialem, intra Derthonensis dioecesis fines positam, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus cum omnibus privilegiis et iuribus quae eidem titulo rite conveniunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec statuimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die 1 mensis Iulii, anno MCMLIII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis
GILDO BRUGNOLA
a Brevibus Apostolicis

ALLOCUTIONES

I

*Iis quae interfuerunt Conventui Delegatarum ex Italia pro puellis ab Actione Catholica, Romae habito.**

Non è ancora trascorso un mese da quando per mezzo della Radio Noi abbiamo parlato, come a tutta l'Azione Cattolica, così anche a ciascuna di voi, dilette figlie, Religiose e Delegate delle Sezioni Minori;

* Habita die 30 Decembris mensis a. 1953

giovani fervorose rappresentanti delle diocesi vincitrici di Gruppo e di Sezione nella Gara collettiva; effettive e beniamine vittoriose nella Gara individuale regionale di cultura religiosa. Potremmo quindi restringerCi a insistere, affinchè mettiate il massimo impegno — al Centro e alla periferia — nel praticare quanto lo Spirito Santo Ci ha posto in cuore in un momento così grave per l'Italia e per il mondo.

E mentre alle piccole Beniamine, dai candidi volti sorridenti, chiediamo nuovamente che aiutino il Papa con la loro innocenza e con la loro preghiera; a voi, Dirigenti nazionali e diocesane, vogliamo ridire quanto sia urgente di fare ogni sforzo e di accettare qualsiasi sacrificio perchè divenga sempre più salda l'opera concorde di tutta l'Azione Cattolica. Nutriamo fiducia che le Nostre dilette giovani metteranno ogni impegno per giungere alla mèta desiderata.

Ma forse voi non sareste contente, se vi lasciassimo partire senza approfittare della vostra presenza per esprimervi la Nostra paterna gratitudine e per dirvi una Nostra semplice parola di esortazione e di conforto. Essa si rivolge anzitutto a voi, dilette figlie appartenenti alle varie Congregazioni religiose; anime veramente eroiche che passate la vostra vita negli Istituti, negli orfanotrofi, negli asili; nella rinunzia ad ogni umana soddisfazione e operando infaticabili e silenziose; spesso sconosciute e talvolta anche misconosciute; vere madri spirituali, nel cui grembo la Chiesa depone trepidante ma fiduciosa i fiori più delicati del suo giardino. E poi il Nostro grato saluto la Nostra esortazione va alle Delegate delle Sezioni Minori, cui sono affidate le più piccole reclute dell'esercito femminile dell'Azione Cattolica Italiana. Santamente orgogliose del vostro lavoro, fidenti nella grazia di Dio, adoperatevi a formare cristianamente le vostre bambine, spinte da un amore illuminato e generoso.

1. Ci preme anzitutto che voi abbiate una grande stima della vostra missione sacra e delicata.

Educando l'infanzia — naturalmente in collaborazione con la famiglia la cui funzione è indispensabile — voi dovete essere persuase di compiere una delle opere più elette. Il vostro lavoro è poco appariscente, forse, ma esige grande sforzo e spirito di abnegazione, mentre è una forma di apostolato fra le più efficaci per le sorti della Chiesa e della Patria.

Considerate, infatti, quelle che con graziosa parola chiamate i vostri « angeletti »; le vostre piccolissime, le beniamine e le aspiranti: sono

bambine e fanciulle affidatevi da Dio perchè le conduciate fino alle soglie dell'adolescenza. Voi dunque trattate con esse e siete loro di guida nel tempo, per così dire, della maggiore recettività, quando cioè più facilmente si ricevono le impronte del bene e del male. Consapevoli di ciò, voi, pur facendo valere saggiamente la vostra autorità, avete cura che la vostra azione non pesi eccessivamente sull'animo loro; esse la subirebbero con timore e forse con angoscia, e invece di aprirsi alla fiducia e alla gioia, si ripiegherebbero in sè stesse; e il ricordo del trattamento avuto potrebbe gravare per lunghi anni sulla loro psicologia. Non è raro il caso che gravi disturbi psicologici degli adulti si spieghino con la incomprensione, di cui i fanciulli furono vittime da parte dei loro educatori. Ma voi, dilette figlie, ben conoscete le conseguenze dell'opera vostra, la quale contribuisce a formare e a plasmare in essi atteggiamenti e inclinazioni, che avranno in avvenire una parte considerevole nella loro vita. La vostra azione educatrice si svolgerà così serena nella tranquillità, nell'equilibrio e nella coerenza di ogni sua manifestazione.

2. La stima per il vostro lavoro vi farà amare le vostre bambine. Esse sono la speranza delle famiglie, della Patria, della Chiesa, perchè saranno — per la maggior parte — le future madri. E intanto sono le predilette di Gesù, come lo erano al tempo in cui il divino Maestro percorreva le vie della Palestina. Potenti ad impetrare grazie, modelli viventi per chi vuole entrare nel regno dei cieli, esse distornano i castighi divini dalle nostre famiglie e dalle nostre città; meritano quindi il vostro più tenero amore, le vostre premure più affettuose.

Tuttavia eviterete le eccessive dimostrazioni esteriori di affetto, che porterebbero facilmente a debolezze nocive e renderebbero le fanciulle dominatrici e arroganti; nè bisognerà confondere l'amore con la gioia che esse possono procurarvi grazie alla loro presenza, al loro candore, alla loro innocente freschezza. Tale gioia contribuirà certamente a darvi impulso e fervore nell'adempire il vostro dovere; ma voi ricorderete sempre che l'amore è donazione, è sacrificio, è rinunzia. Perciò, nella vostra totale dedizione all'infanzia, non cercherete voi stesse, non tenderete a conquistare l'affezione esclusiva delle fanciulle; ma amandole veramente e sinceramente, giungerete a un distacco del cuore, spesso arduo, ma indispensabile. I fini soprannaturali e apostolici, che voi perseguite, lo rendono anche più necessario, perchè voi volete far fiorire in quelle anime innocenti l'amore di Gesù Cristo, a cui esse appartengono e che le ha riscattate col suo sangue prezioso. Questo generoso riserbo vi permetterà di conoscere meglio ogni vostra deficienza e di sopportare

col sorriso sulle labbra le difficoltà ed anche i possibili cattivi successi. Sarete così degne collaboratrici dell'opera redentrice, immagini viventi di Cristo e del suo amore per l'infanzia.

3. Ma inoltre voi, dilette figlie, cercate la formazione integrale delle vostre bambine; e siccome non basta amare per essere buone educatrici, procurerete di conoscere quanto è necessario e utile per mantenere gli impegni educativi da voi assunti.

Ecco perchè vi esortiamo allo studio serio e assiduo: studiate le fanciulle, studiate il metodo migliore per istruirle, per educarle. Studiano — e per molti anni — il fisico, il chimico, il biologo, il medico, e s'interessano all'analisi di un raggio di luce, alla contemplazione di un fiore e aspirano alla conoscenza profonda dei fenomeni e delle leggi fisiologiche. Quanto più bello è lo studio di uno spirito spontaneo e libero, che sorge e racchiude il mistero di una vita!

Voi non dovete ignorare le caratteristiche della fanciullezza, le sue ansie, i suoi desideri, le sue ripugnanze, le sue preferenze. In essa è l'amore del moto, il fremito dei sensi, l'irrequietezza di una intelligenza che cresce. La fanciullezza ama il giuoco, ha sete di affetto, tende alla fantasticheria, vive di illusioni e di sogni, è spontanea e ha l'istinto della imitazione.

Ma essa sviluppa anche preziose energie religiose e morali. Ci restringeremo qui a citare due esempi desunti dai risultati della psicologia sperimentale: « Il secondo periodo della fanciullezza dai sei ai nove anni — notano gli Autori — è caratterizzato dall'amore per i genitori, per Iddio e per la verità »; e inoltre: « Gli anni dai sette ai dieci contano fra i più importanti per la prevenzione della delinquenza giovanile ». Confortante incoraggiamento, e al tempo stesso grave ammonizione a coloro che hanno la responsabilità della gioventù fino agli anni della pubertà.

Queste conoscenze voi le acquisterete senza dubbio grazie al dono di penetrazione psicologica, necessario ad ogni educatrice, ma altresì utilizzando i risultati delle ricerche e delle esperienze recenti nel campo della educazione. Non si pretende certo che diveniate scienziate nella psicologia umana in genere o in quella speciale dell'infanzia; ma non potete ignorare — e ancor meno disprezzare — le nuove conquiste della pedagogia. Non che tutti i tentativi siano da lodare incondizionatamente; ma, senza abbandonare i solidi principî e le sperimentate tradizioni cristiane, potrete utilmente « aggiornare » e perfezionare i vostri metodi. L'educatrice cattolica — qui ancor meno che altrove — non deve rima-

Feria III (loco IV), die 5 Ianuarii 1954

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in In-

dicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum qui inscribitur :

Bernhard Scheichelbauer, *Die Iohannis - Freimaurerei,* Versuch einer Einführung, Wien, Verlag O. Kerry, 1953.

Et feria V, die 14 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XII, in audientia Emo Card. Pro-Secretario Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 16 Ianuarii 1954.

Marius Crovini, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius*

III

MONITUM

In aliquibus locis divulgatum est opusculum quoddam, cui titulus « SECRETUM FELICITATIS - *Quindecim orationes a Domino S. Birgittae in ecclesia S. Pauli, Romae, revelatae* », Niceae ad Varum (et alibi), variis linguis editum.

Cum vero in eodem libello asseratur S. Birgittae quasdam promissiones a Deo fuisse factas, de quarum origine supernaturali nullo modo constat, caveant Ordinarii locorum ne licentiam concedant edendi vel denuo imprimendi opuscula vel scripta quae praedictas promissiones continent.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 28 Ianuarii 1954.

Marius Crovini, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius*

IV

SUBMISSIONIS NOTIFICATIO

Camillus Muller laudabiliter se subiecit decreto S. Officii diei 2 Decembris 1953, quo damnatum et in Indicem librorum prohibitorum insertum est opusculum ab eo editum sub titulo *L'Encyclique « Humani Generis » et les problèmes scientifiques,* Louvain, E. Nauwelaerts, 1951.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 4 Februarii 1954.

Marius Crovini, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

BENEVENTANAE ET ARIANENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

In territorio oppidi « Montecalvo Irpino », archidioecesi Beneventanae subiecti, parvus exstat pagus nomine « Corsaro », tribus constans vicis : *Castello Corsaro, Contrada S. Giacomo* et *Contrada Corsaro,* cum propria ecclesia Deo in honorem S. Nicolai Episcopi dicata, qui ad dioecesim Arianensem pertinet; in territorio vero oppidi « Bonito », in dioecesi Arianensi, ad pagum *Morrone* sita est ecclesia S. Mariae ad Nives, in qua iurisdictionem suam, absque tamen territorio, Archiepiscopus Beneventanus exercet.

Cum propter locorum distantiam fideles, in pago « Corsaro » commorantes, ad suum Arianensem Pastorem difficilius accedere possint et magis magisque periculis et erroribus contra fidem sint obnoxii; cumque iurisdictio Archiepiscopi Beneventani in Ecclesia S. Mariae ad Nives in pago « Morrone » nonnullas pariat difficultates pro recto fidelium circumstantium regimine, quo promptior ac facilior reddi possit spiritualis Pastorum cura ad opportuna auxilia christifidelibus ibidem degentibus afferenda, ab Apostolica Sede nuper expostulatum est ut territorium pagi « Corsaro » a dioecesi Arianensi separetur et archidioecesi Beneventanae aggregetur; simulque ut ecclesia S. Mariae ad Nives e iurisdictione Archiepiscopi Beneventani eximatur et Episcopo Arianensi subiiciatur.

Sacra igitur Consistorialis Congregatio, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Pio Divina Providentia Pp. XII tributarum, rei opportunitate perspecta, consentientibus Ordinariis tum Beneventano tum Arianensi ac suppleto, quatenus opus sit, interesse habentium vel habere praesumentium consensu, vi praesentis Consistorialis Decreti, perinde valituri ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae forent, statuit ut pagus *Corsaro* cum tribus eiusdem vicis *Castello Corsaro, Contrada S. Giacomo* et *Contrada Corsaro* una cum

ecclesia S. Nicolai e dioecesi Arianensi dismembretur et archidioecesi Beneventanae adiungatur, mutatis, hac ratione, utriusque dioecesis finibus; simulque decernit ut *ecclesia S. Mariae ad Nives* ad pagum *Morrone,* oppidi Bonito, a iurisdictione Archiepiscopi Beneventani penitus subtrahatur et potestati Episcopi Arianensis in posterum plene submittatur.

Ad haec autem perficienda, eadem Sacra Consistorialis Congregatio deputat Excmum P. D. Augustinum Mancinelli, Archiepiscopum Beneventanum, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi quam primum ad ipsam Sacram Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 2 Iulii 1953.

✠ Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis*

L. ✠ S.

Iosephus Ferretto, *Adsessor*

II

COTABATENSIS et SULUENSIS

DECRETUM

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS PRAEFECTURAE APOSTOLICAE SULUENSIS

Quo melius bono animarum consuleretur in insulis civilis Provinciae vulgo Sulù, Excmus P. D. Aegidius Vagnozzi, Archiepiscopus titularis Myrensis et in Insulis Philippinis Nuntius Apostolicus, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut Praefectura Apostolica ibi constitueretur.

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, attento favorabili voto Excmi P. D. Gerardi Mongeau, Episcopi Titularis Dianensis et Praelati nullius Cotabatensis et Suluensis, de consilio Emi et Revmi Cardinalis S. C. Consistorialis Secretarii, ratus huiusmodi Praefecturae Apostolicae constitutionem animarum aeternae saluti valde profuturam, porrectis precibus benigne annuere dignatus est.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae pote-

statis, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae forent, a territorio Praelaturae nullius Cotabatensis et Suluensis separat omnes insulas quas Provincia civilis vulgo Sulù comprehendit, easque in Praefecturam Apostolicam Suluensem nuncupandam erigit et S. Congregationi de Propaganda Fide ad normam iuris communis plene subiicit.

Itaque huius Praefecturae Apostolicae sic erectae confinia eadem erunt quibus Provincia civilis, quam supra memoravimus, vulgo Sulù circumscribitur.

Ad haec omnia perficienda Ssmus Dominus Noster memoratum in Insulis Philippinis Nuntium Apostolicum deputare dignatus est eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad S. Congregationem Consistorialem, cum primum fas erit, mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 28 Octobris 1953.

✠ A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis*

L. ✠ S.

Ernestus Civardi, *Substitutus*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis Decretis Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die 7 Maii 1953 — Titulari episcopali Ecclesiae Carystensi praefecit R. P. Firminium Courtemanche, Societatis Missionariorum Africae sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Fort Jameson.

die 19 Septembris — Cathedrali Ecclesiae Belgaumensi, nuper erectae, R. D. Michaëlem Iosephum Rodrigues, e clero saeculari.

die 23 Septembris — Titulari episcopali Ecclesiae Cemerinianensi, R. P. Eberhardum Spies, Congregationis Ottiliensis O. S. B. pro missionibus exteris sodalem, quem constituit Abbatem « nullius » de Peramiho.

die 28 Septembris — Titulari episcopali Ecclesiae Sidoniensi, pro hac vice archiepiscopali declaratae, R. D. Romulum Carboni, e clero saeculari, quem constituit Delegatum Apostolicum Australiae, Novae Zelandiae et Oceaniae.

die 16 Novembris — Titulari episcopali Ecclesiae Jerafitanae R. P. Ioannem Dieter, Societatis Mariae, quem constituit Vicarium Apostolicum Arcipelagi Navigatorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Buthrotiae R. P. Aloisium Tirilly, sodalem Congregationis Sacrorum Cordium Iesu et Mariae, quem constituit Vicarium Apostolicum Insularum Marchesi.

— Metropolitanae Ecclesiae Camberrensi et Gulburnensi, Exc. P. D. Eris Normannum Michaëlem O'Brien, hactenus Archiepiscopum titularem Cyrrehensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Izirianensi R. P. Kilianum Pflaum, O. F. M. sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Nuflo de Chavez.

die 26 Novembris — Titulari episcopali Ecclesiae Attalensi in Pamphylia, Exc. P. D. Michaëlem Urakawa, hactenus episcopum Sendaiensem.

II

NOMINATIO

Decreto, die 4 Decembris a. 1953 dato, Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit R. P. Clarentium Iacobum Duhart, Congregationis Ssmi Redemptoris sodalem, *Praefectum Apostolicum Udonthanensem.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA

VARIATIONES IN RUBRICIS MISSALIS ET RITUALIS ROMANI

Apostolica Constitutione « Christus Dominus » Pii Papae XII, de disciplina quoad ieiunium eucharisticum servanda, die 6 Ianuarii 1953 data, atque Instructione S. Officii eadem super re eodemque die lata, nonnullae variationes in Rubricis Missalis et Ritualis Romani erant fa-

ciendae. Quas quidem variationes Sacra Rituum Congregatio diligenti studio paravit et, prout in adnexo exemplari prostant, in Rubricas cum Missalis tum Ritualis Romani induci servarique mandavit. Quibuscumque contrariis nihil obstantibus.

Die 3 Iunii 1953.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

† A Carinci, Archiep. Seleucien., *a Secretis*

VARIATIONES IN RUBRICIS MISSALIS ROMANI POST CONSTITUTIONEM « CHRISTUS DOMINUS »

In Capitulo *De defectibus in celebratione Missarum occurrentibus*, titulo IX *De defectibus dispositionis corporis* sequentes numeri sic variantur:

1. Si quis non est ieiunus post mediam noctem non potest communicare nec celebrare, salvis casibus a iure admissis, iuxta Constitutionem Apostolicam « Christus Dominus », diei 6 Ianuarii 1953.

3. Si reliquiae cibi remanentes in ore transglutiantur, non impediunt communionem, cum non transglutiantur per modum cibi, sed per modum salivae.

4. Si plures Missas in una die continuo celebret, in unaquaque Missa abluat digitos in aliquo vase mundo, et in ultima tantum percipiat purificationem. Si plures Missas in una die cum intermissione celebret, potest in prioribus Missis duas ablutiones a rubricis praescriptis sumere, sed tantum adhibita aqua.

Si vero Sacerdos, qui bis vel ter Missam celebrare debet, per inadvertentiam vinum quoque in ablutione sumat, non vetatur quominus secundam et tertiam Missam celebret.

Die Nativitatis Domini Rubrica post primam Missam sic compleatur:

« In prima et secunda Missa... ac demum velo. Si vero praedictas Missas cum intermissione sit celebraturus, potest in prioribus Missis duas ablutiones a rubricis praescriptas sumere, sed tantum adhibita aqua ».

In Commemoratione omnium fidelium defunctorum die 2 Novembris, post primam Missam rubrica compleatur ut die Nativitatis Domini.

VARIATIONES IN RITUALI ROMANO POST CONSTITUTIONEM « CHRISTUS DOMINUS »

TITULUS V

De Sanctissimo Eucharistiae Sacramento

Caput I

Praenotanda de hoc Sanctissimo Sacramento

Nn. 3 et 4 erunt sequentes, variata subsequenti numeratione:

3. Ideo populum saepius admonebit, qua praeparatione et quanta animi religione ac pietate, et humili etiam corporis habitu ad tam divinum Sacramentum debet accedere: ut, praemissa sacramentali confessione et servato ieiunio eucharistico, omnes utroque genu flexo Sacramentum humiliter adorent ac reverenter suscipiant, viri, quantum fieri potest, a mulieribus separati.

4. Ad ieiunium eucharisticum quod attinet:

a) Aqua naturalis ieiunium eucharisticum non frangit. Christifideles, etiamsi non infirmi, qui ob debilitantem laborem, tardiores horas, quibus tantum ad sacram Synaxim accedere possint, vel longinquum iter eucharisticam mensam omnino ieiunii adire nequeant, aliquid sumere possunt per modum potus, exceptis tamen alcoholicis et servato ieiunio unius horae ante sacrae communionis receptionem. Causae quidem gravis incommodi prudenter a confessario perpendendae sunt.

b) Fideles qui in Missis vespertinis sacram communionem recipiunt, sive intra dictas Missas, sive proxime ante vel statim post, possunt inter refectionem, permissam usque ad tres horas ante communionem, sumere congrua moderatione alcoholicas potiones in mensa suetas, exclusis liquoribus. Quoad potus autem, quos sumere possunt usque ad unam horam ante communionem, excluditur omne alcoholicorum genus.

Caput IV

De Communione infirmorum

N. 4 « Post quidem... » sequenti substituatur:

4. Diligenter curandum est, ne sanctissima Eucharistia tribuatur infirmis, a quibus ob phrenesim, sive ob assiduam tussim, aliumve similem morbum, aliqua indecentia cum iniuria Sacramenti timeri possit.

Infirmi, etiamsi non decumbant, aliquid sumere possunt per modum potus, exceptis alcoholicis, si, suae infirmitatis causa, usque ad sacrae communionis receptionem ieiunium, absque gravi incommodo, nequeant

servare integrum; possunt etiam aliquid sumere per modum medicinae, sive liquidum (exclusis alcoholicis), sive solidum, modo de vera medicina agatur, a medico praescripta vel uti tali vulgo recepta.

Condiciones, quibus dispensatione a lege ieiunii frui possint, nulla adiecta ante communionem temporis limitatione, prudenter a confessario perpendendae sunt.

Caput V

Instructio pro sacerdote facultatem habente bis vel ter Missam eadem die celebrandi.

1. Sacerdotes, qui vel tardioribus horis, vel post gravem sacri ministerii laborem, vel post longum iter celebraturi sunt, aliquid sumere possunt per modum potus, exclusis alcoholicis: a quo tamen se abstineant saltem per spatium unius horae, antequam sacris operentur.

2. Quando sacerdos eadem die bis vel ter est Missam celebraturus, potest in prioribus Missis duas ablutiones sumere, quae tamen, in hoc casu, non vino sed aqua tantum fieri debent.

3. Qui vero die Nativitatis Domini vel in Commemoratione omnium fidelium defunctorum tres Missas sine intermissione celebrat, in prima et secunda Missa ablutiones non sumit, sed divino Sanguine diligentissime sumpto, super corporale ponat Calicem et palla tegat, ac iunctis manibus in medio Altari dicat: «Quod ore sumpsimus ...»; et subinde, amoto aquae vasculo, digitos lavet dicens: «Corpus tuum ...», et abstergat.

Hisce peractis, Calicem, super corporale adhuc manentem, deducta palla, cooperiat ceu moris est, scilicet primum purificatorio linteo, deinde patena super quam ponat hostiam consecrandam, ac palla, et demum velo.

Si vero sacerdos, qui bis vel ter Missam celebrare debet, per inadvertentiam vinum quoque in ablutione sumat, non vetatur quominus secundam et tertiam Missam celebret.

Cum autem in secunda Missa... (usque ad finem).

II

URBIS et ORBIS

Declaratis constitutisque a Sanctissimo Domino Nostro Pio Divina Providentia Papa XII quibusdam Sanctis in supernos Patronos, qui universalem spectant Ecclesiam, Sacra Rituum Congregatio additamenta hac super declaratione confecit atque, vigore facultatum sibi ab Ipso Sanctissimo Domino nostro specialiter tributarum, Lectioni sextae II

Nocturni in festo dictorum Sanctorum legendae adiungenda esse, prout in adnexis prostant foliis, mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 16 Octobris 1953.

✠ C. Card. MICARA, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

† A Carinci, Archiep. Seleucien., *a Secretis.*

ADDENDA LECTIONIBUS SANCTORUM
QUI NUPER PATRONI PRO UNIVERSALI ECCLESIA DECLARATI SUNT

Die 8 Maii

Ad lectionem VI et ad lectionem contractam S. Michaëlis Archangeli:

Eum Pius duodécimus Radiólogis et Radiumtherapéuticis Patrónum et Protectórem constítuit.

Die 15 Maii

Ad lectionem VI et ad lectionem contractam S. Ioannis Baptistae de La Salle:

Pius vero duodécimus ómnium Magistrórum púeris adulescentibúsque instituéndis præcípuum apud Deum cæléstem Patrónum constítuit.

Die 2 Augusti

Ad VI lectionem S. Alfonsi M. de Ligorio:

Pius nonus vero, ex sacrórum Rítuum Congregatiónis consúlto, universális Ecclésiæ Doctórem declarávit. Tandem Pius duodécimus ómnium Confessariórum ac Moralistárum cæléstem apud Deum Patrónum constítuit.

Ad lectionem contractam:

... et Pius duodécimus ómnium Confessariórum ac Moralistárum caeléstem apud Deum Patrónum constítuit.

Die 27 Augusti

Ad lectionem VI S. Iosephi Calasanctii:

Dénique a Pio duodécimo ómnium Scholárum populárium christianárum ubíque exstántium cæléstem apud Deum Patrónum constitútus est.

Ad lectionem contractam:

Eum Pius duodécimus ómnium Scholárum populárium christianárum ubíque exstántium cæléstem apud Deum Patrónum constítuit.

Die 15 Novembris

Ad lectionem VI et ad lectionem contractam S. Alberti Magni:

... et Pius duodécimus cultórum scientiárum naturálium cæléstem apud Deum Patrónum constítuit.

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

CORONAE SEPTEM DOLORUM BEATAE MARIAE VIRGINIS RECITATIO INDULGENTIA PLENARIA DITATUR.

Ssmus D. N. Pius div. Prov. Pp. XII, in Audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori diei 19 mensis Decembris anni 1953 concessa, preces Revmi Prioris Generalis Ordinis Servorum Mariae libenter excipiens ac fidelium votis Coronam Septem Dolorum ubique recitantium paterne obsecundans, benigne dilargiri dignatus est Indulgentiam plenariam, a christifidelibus confessis ac sacra Synaxi refectis semel in die lucrandam, si coram SS. Altaris Sacramento, sive publice exposito sive in Tabernaculo adservato, praefatam Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis Coronam devote recitaverint.

Datum Romae, ex Aedibus S. Paenitentiariae Apostolicae, die 15 Ianuarii 1954.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior*

L. ✠ S.

S. Luzio, *Regens*

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

TOLOSANA

NULLITATIS MATRIMONII (RIVIÈRE-LAYLIES)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Henrici Rivière, conventi in via incidentali et reconventionali, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 23 Martii 1954 hora meridiana ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Henrici Rivière curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Boleslaus Filipiak, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 19 Decembris 1953.

E. Fiore, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Henri Rivière défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 23 mars 1954, à midi pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Henri Rivière devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

ABERCORNEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SINTA-NIJMU)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Pensuli Nijmu, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 23 Martii 1954 hora meridiana, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes le loco commorationis praedicti Domini Pensuli Nijmu curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Boleslaus Filipiak, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 21 Decembris 1953.

E. Fiore, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Pensuli Nijmu défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 23 mars 1954, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Pensuli Nijmu devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

AQUISGRANEN.

NULLITATIS MATRIMONII (KROPP-PULST)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Ludovici Pulst, partis conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 22 Aprilis 1954 hora 10 ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandum, qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Ludovici Pulst curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Albertus Canestri, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 13 Ianuarii 1954.

E. Fiore, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Luis Pulst défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 22 avril 1954, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Luis Pulst devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

IV

WAYNE CASTREN.

NULLITATIS MATRIMONII (ANTHROP-AMBER)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Kenneth Amber in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae, (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 8 Aprilis 1954 hora meridiana ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinari locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Kenneth Amber curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Guillelmus Heard, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 26 Ianuarii 1954.

E. Fiore, *Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Kenneth Amber défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 8 avril 1954, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Kenneth Amber devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

ACTA OFFICIORUM

SEGRETERIA DI STATO

La Santità di Nostro Signore Pio Pp. XII, nell'Udienza del 16 dicembre 1953, concessa al sottoscritto Pro-Segretario di Stato della medesima Santità Sua per gli Affari Ordinari, si è benignamente degnata di approvare il seguente Statuto, che sostituisce gli « Ordinamenti per la Scuola di Paleografia presso l'Archivio Pontificio Vaticano » contenuti nel Motu proprio *« Fin dal principio » del Santo Padre Leone XIII del 1° maggio 1884 e gli art. 96-99 del Regolamento dell'Archivio Vaticano approvato dal Santo Padre Pio XI il 25 gennaio 1927.*

G. B. Montini

STATUTO

DELLA SCUOLA VATICANA DI PALEOGRAFIA E DIPLOMATICA ERETTA PRESSO L'ARCHIVIO SEGRETO VATICANO.

Art. 1. La Scuola Vaticana di Paleografia e Diplomatica, istituita da Leone XIII di f. m. con Motu Proprio del 1° Maggio 1884, ha il carattere di Scuola superiore di perfezionamento.

Al termine del corso, superati gli esami, essa rilascia il Diploma di Paleografo-Archivista.

Art. 2. Alla Scuola è annesso un corso teorico-pratico di archivistica, istituito da Pio XI di f. m. nel 1923 principalmente per gli alunni degli Istituti Ecclesiastici di Studi Superiori di Roma, allo scopo di preparare persone idonee a ben conservare gli Archivi Ecclesiastici.

Al termine del corso, a chi abbia superato gli esami, viene rilasciato uno speciale attestato.

Art. 3. La protezione e l'alta direzione della Scuola sono affidate all'Emo Card. Archivista di Santa Romana Chiesa, ed Egli ne rende conto al Sommo Pontefice.

Al Card. Archivista spetta emanare e, ove occorra, modificare il Re-

golamento per ciò che riguarda la disciplina scolastica e le materie d'insegnamento.

In mancanza o in assenza del Card. Archivista, riceve ed accetta le domande di ammissione, presiede la Commissione esaminatrice e sottoscrive e rilascia i diplomi il Prefetto dell'Archivio Segreto Vaticano.

Art. 4. La cura della disciplina e dell'amministrazione della Scuola spetta al Prefetto dell'Archivio e, in assenza di lui, a chi ne fa le veci.

Art. 5. I Professori, scelti per lo più fra gli Officiali dell'Archivio Vaticano, sono nominati dal Santo Padre su presentazione del Cardinale Archivista.

Uno dei Professori, designato dall'Emo Card. Archivista, ha la direzione interna della Scuola e la rappresenta; e risponde a Lui e, per ciò che gli spetta, al Prefetto dell'Archivio del suo buon andamento.

Art. 6. Il corso di Paleografia e di Diplomatica ha la durata di un biennio, e vi si insegnano la Paleografia latina e la Diplomatica con le discipline complementari determinate nel Regolamento.

Il corso di Archivistica dura un anno e vi si danno istruzioni per la buona tenuta degli archivi, per la compilazione degli inventari, ecc.

Art. 7. Le spese per il mantenimento della Scuola entrano nella contabilità dell'Archivio Segreto Vaticano.

La Commissione Cardinalizia preposta all'Amministrazione dei Beni della Santa Sede darà disposizione perchè si continuino a corrispondere gli assegni concessi al personale destinando, per le spese ordinarie, la somma stabilita.

Le spese straordinarie verranno approvate dalla stessa Commissione Cardinalizia secondo l'occorrenza.

Art. 8. L'originale del presente Statuto sarà conservato nell'Archivio Segreto Vaticano; di esso saranno redatte tre copie ufficiali munite della sottoscrizione e del sigillo dell'Emo Card. Archivista, da conservare rispettivamente nella Segreteria di Stato, nell'Amministrazione dei Beni della Santa Sede e nella Scuola.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 18 gennaio 1954, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza Sir DOUGLAS FREDERICK HOWARD, K.C.M.G., M.C., Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Gran Bretagna, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO DI CONCORSO

Nella Sacra Congregazione del Concilio è aperto un corcorso per due posti di Aiutanti di studio nell'Ufficio catechistico.

Vi potranno prender parte i sacerdoti che non abbiano superato il 35° anno d'età, e che non più tardi del giorno dieci marzo 1954 abbiano presentato nella Segreteria della medesima Sacra Congregazione la domanda corredata della commendatizia del proprio Vescovo e del *nulla osta* del Vicariato di Roma, insieme ai documenti comprovanti gli studi compiuti, i gradi accademici conseguiti, oltre l'esercizio in dattilografia.

Il concorso sarà per titoli e per esame scritto di scienza.

L'esame scritto avrà luogo nella predetta Segreteria il giorno venti (sabato) dello stesso mese di marzo, alle ore nove, e consisterà nello svolgimento, in italiano ed in latino, di un tema relativo alla materia catechistica.

Roma, 22 gennaio 1954.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

1 gennaio 1954. S. E. Revma Monsig. Giuseppe da Costa Nunes, Patriarca Arcivescovo tit. di Odesso, *Consultore delle Sacre Congregazioni per la Disciplina dei Sacramenti, del Concilio, dei Religiosi e di Propaganda Fide.*

7 » » S. Emza Revma il Signor Cardinale Pietro Ciriaci, *Membro della Suprema Sacra Congregazione del Santo Offizio.*

LIBRERIA EDITRICE VATICANA
CITTÀ DEL VATICANO

ANNUARIO PONTIFICIO 1954

CON RITRATTO DI S.S. PIO XII E STEMMA A COLORI - LEGATURA IN TELA, TITOLO IN ORO

un vol. in-12° di pp. 1568 Lit. 2200 ($ 3,80)

La serie dei Romani Pontefici secondo la cronotassi del *Liber Pontificalis* e le sue fonti – Stemmi de Sommi Pontefici – La Gerarchia Cattolica: Pontefice regnante – Collegio dei Cardinali – Patriarcati – Arcivescovati – Vescovati residenziali – Arcivescovati e Vescovati titolari – Abbazie e Prelature *nullius* – Amministrazioni Apostoliche – Prelati di rito orientale con giurisdizione ordinaria – Vicariati Apostolici – Prefetture Apostoliche – Missioni *sui iuris* – Custodia di terra Santa – Religiosi – La Curia Romana: Sacre Congregazioni – Tribunali – Uffici – Rappresentanze della Santa Sede – Corpo diplomatico presso la Santa Sede – Commissioni permanenti – La Cappella Pontificia – La Famiglia Pontificia – Elemosineria Apostolica – Uffici e amministrazioni Palatine – Ordini equestri – Stato della Città del Vaticano.

APPENDICE: Vicariato di Roma – Vicariato della Città del Vaticano – Istituzioni culturali – Accademie Pontificie – Istituti Ecclesiastici di educazione e di istruzione – Istituto per le Opere di Religione – Elenchi alfabetici degli appartenenti alla Cappella e alla Famiglia Pontificia – Elenco alfabetico degli Ordini, Congr. e Istituti Religiosi Femminili di Diritto Pontificio – Dati statistici – Distribuzione geografica delle Sedi residenziali, Vicariati e Prefetture apostoliche, ecc. – Riti – Elenco alfabetico dei nomi latini *de Curia* – Elenco alfabetico dei nomi latini degli Ordini, Congr. ed Istituti Religiosi – Sigle dei Religiosi – Dignitari defunti – Indice alfabetico dei nomi delle persone – Indice delle materie – Indice schematico del volume.

SACRAE ROMANAE ROTAE DECISIONES SEU SENTENTIAE

quae prodierunt Anno XXXVI (1944) cura eiusdem S. Tribunalis editae

Editio in-8°, pp. VIII-792 Lit. 4000 ($ 7)

VOLUMINA ELAPSIS ANNIS EDITA: IV (1912) – XV (1923) – XVI (1924) – XVII (1925) – XVIII (1926) – XIX (1927) – XX (1928) – XXI (1929) – XXII (1930) – XXIII (1931) – XXIV (1932) – XXV (1933) – XXVI (1934) – XXVII (1935) – XXVIII (1936) – XXIX (1937) – XXX (1938) – XXXI (1939) – XXXII (1940) – XXXIII (1941) – XXXIV (1942) – XXXV (1943)

Singula volumina Lit. 4000 ($ 7)

ANTONII BACCI

LEXICON EORUM VOCABULORUM QUAE DIFFICILIUS LATINE REDDUNTUR

EDITIO ALTERA

in-16°, pp. 576, Lib. It. 2000 ($ 4)

LIBRERIA EDITRICE VATICANA - CITTÀ DEL VATICANO

OPERA OMNIA DI GIUSEPPE TONIOLO

è un documento scientifico molto significativo di un particolare indirizzo degli studi economico-sociali, e di storiografia dei fatti e delle dottrine economiche (il Toniolo fu il capo della scuola etico-economico italiana e fu una delle figure più rappresentative di questo indirizzo di studi); *è un documento politico* essenziale per la comprensione dell'attuale politica mondiale (il Toniolo fu il principale elaboratore e illustratore del programma della Democrazia cristiana da cui uscirono movimenti politici oggi al governo in diversi paesi europei, e fu inoltre uno dei pionieri e teorici dell'Azione cattolica): *è un documento storico* di grande importanza per le notizie date, soprattutto nel ricco epistolario, su uomini, fatti, idee e aspirazioni.

PIANO EDITORIALE

SERIE I - SCRITTI STORICI

VOL. I - **CAPITALISMO E SOCIALISMO, 1947.**

VOLL. II-III - **STORIA DELL'ECONOMIA SOCIALE IN TOSCANA NEL MEDIO EVO, 1948.**

VOL. IV - **DEI REMOTI FATTORI DELLA POTENZA ECONOMICA DI FIRENZE NEL MEDIO EVO E SCRITTI STORICI, 1952.**

SERIE II - ECONOMIA E STATISTICA

VOLL. I-V - **TRATTATO DI ECONOMIA SOCIALE E SCRITTI ECONOMICI, 1950-1952.**

SERIE III
SOCIOLOGIA E PROBLEMI SOCIOLOGICI CONTEMPORANEI

VOL. I - **L'ODIERNO PROBLEMA SOCIOLOGICO, 1947.**

VOLL. II-III - **DEMOCRAZIA CRISTIANA. CONCETTI E INDIRIZZI, 1949.**

SERIE IV - INIZIATIVE SOCIALI

VOLL. I-II - **DEMOCRAZIA CRISTIANA. ISTITUTI E FORME, 1951.**

VOL. III - **INIZIATIVE CULTURALI E DI AZIONE CATTOLICA, 1951.**

SERIE V - SCRITTI VARI

VOLL. I-II - **SCRITTI SPIRITUALI, RELIGIOSI, FAMILIARI E VARI, 1952-1953.**

SERIE VI - EPISTOLARIO

VOL. I - **LETTERE (1871-1895), 1952.**

VOLL. II-III - **LETTERE (1896-1918), 1953.**

L'« *Opera Omnia* » composta di 20 voll. di circa 500 pagine cadauno, in-8°, stampati su carta a mano dalla Tipografia Poliglotta Vaticana, si fornisce alle seguenti condizioni speciali:

in brossura Lit. 40.000 ($ 64) - *legata in tutta tela*, con titoli in oro Lit. 50.000 ($ 80).

Agli acquirenti dell'intera opera verrà accordato lo sconto del 10 %.

RICHIESTE A LIBRERIA EDITRICE VATICANA - CITTÀ DEL VATICANO